

circuli regula fixa^{a)} inherere, hanc post prefationem nostram credimus^{b)} adscribendam^{c)}.

Ciclum autem^{d)} 95 annorum studio^{d)}, quo valuimus^{e)}, expedire contendimus. Ultimum eiusdem beati Cirilli, id est 5. ciclum, quia^{f)} 6 adhuc ex eo anni supererunt^{g)}, in nostro hoc opere preferentes, ac deinde 5 alios iuxta normam eiusdem pontificis, immo potius sepe dicti Niceni^{h)} concilii, nos ordinasse profiteamur. Quoniamⁱ⁾ sanctus Cirillus 1. ciclum ab anno Diocletiani 153. coepit et ultimum in 247. terminavit, nos autem^{j)} anno^{j)} 248. eiusdem tyranni potius quam principis inchoantes, nolumus^{k)} circulis nostris memoriam imperii et persecutoris innectere, sed magis elegimus^{l)} ab incarnatione Domini nostri Iesu Christi annorum tempora prenotare; quatenus exordium spei nostre notius nobis existeret, et causa reparationis humane, id est passio redemptoris nostri, evidentius eluceret.

Hoc preterea^{m)} lectoremⁿ⁾ putavimusⁿ⁾ admonendum, quod ciclus iste 95 annorum, quem fecimus, cum finito tempore, in id ipsum reverti coeperit^{o)}, non per omnia propositam^{p)} teneat firmitatem et reliqua.

Post¹⁾ autem^{q)} expletionem^{q)} 95 annorum non ad 5. ciclum sancti Cirilli, quem nobis necessario proposuimus^{r)}, sed ad nostrum lector excurrat et^{s)} reliqua^{s)}. Et paulo post sic^{t)}: Quoniam²⁾ sanctitas vestra, orta rei huius questione, de archivio^{u)} Romane ecclesie Paschasini^{v)}, venerabilis episcopi, scripta, quem constat, pro persona beatissimi pape Leonis sancto Calcidonensi presedissee^{w)} concilio, ad eundem papam per idem tempus directa nunc protulit, que sanctis patribus evidenti ratione consentiunt, hec presenti indidimus operi: ut huius etiam viri testimonio niteremur, qui manifesto miraculo venerabilium pontificum paschalia decreta confirmat et reliqua.

^{a)} fixius L. ^{b)} credidimus L. ^{c)} adscribendum V; folgt 95 annorum. Hunc L. ^{d)} autem — studio fehlt L. ^{e)} folgt studio L. ^{f)} qui V. ^{g)} supereant L. ^{h)} Neceni V. ⁱ⁾ quia vero L. ^{j)} autem anno: a L. ^{k)} nolumus L. ^{l)} fehlt V. ^{m)} propterea L. ⁿ⁾ lect. putavimus: putavimus lectorem L. ^{o)} ceperit L. ^{p)} propositam V. ^{q)} autem expletionem: expletionem autem L. ^{r)} proposuimus V. ^{s)} fehlt L. ^{t)} fehlt L. ^{u)} archivio L. ^{v)} Paschassini V. ^{w)} presidisse V.

¹⁾ Dionysius ed. K r u s c h, Studien 2, 64.

²⁾ Dionysius, Brief an Bonifaz und Bonus, ed. K r u s c h, Studien 2, 82.